CATALOGUS MANUSCRIPTORUM CODICUM
Göttweig 1738 Seite 88r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37653
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift





Hugonis de S. Victore. Explanatio in Coelestem Hierarchiam. continet hoc Opus in se Libros XV. quorum Prologus sic incipit: Judaei signa quaerunt &c: Opus ipsum: Dionysius Areopagita ex Philosopho Christianus &c: in fine Libri 15ti additur: explicit expositio Magistri Hugonis et Praepositi S. Vict. super librum 1mum Hierarchiae Dyonisij Areopagitae Amen. Exstat hoc opus inter Opera Hugonis in editione Veneta. fol. 238. Cod. Membr. in fol. M. Saec. XIII. F. 75 27.

—— Explanatio in Psalmum 1mum: Beatus Vir &c: incipit: Concilium piorum est Cultus Dei &c: Hanc Explanationem non esse Hugonis sed Anonymi cujusdam ex Collatione cum editione Veneta vel maxime patet. Cod. Membr. in 4to Mri M. Saec: XIII. H. 74 4.

Henrici Plebani in Taphen. Expositio Canonis Missae. incipit: omnibus inter innocentes Manus lavantibus &c: videtur nondum fuisse edita. Cod. ~~Chart.~~ Membr. in 4to M. Saec. XIV. J. 123 26.

Henrici de Frimaria Sermo de Conceptione B.V.M. incipit: Sanctificavit tabernaculum suum altissimus &c: Cod. Chart. in fol. M. Saec. XV. C 350 32.

+ Canonici Cathedralis Ecclesiae Viennensis.

de Haselbach /: Thomae :/ Sermones de tempore, de 7. peccatis mortalibus, de Sacramentis et praecipue de Confessione. incipit praefatio: Crebro multa sollicitudine &c: Cod. Chart. in fol. M. Saec. XV. M. 355 14.

S. Hieronymi Epistola ad Tesifontem adversus pelagianos. incipit: Non audacter ut falso putas sed amanter &c: in editione francof. pag. 169. Col. 2. Cod. Membr. in fol. M. Saec. XII. G. 25 17.

—— Libri III. Dialogorum contra Pelagianos. incipit Prologus: Scripta jam ad Tesifontem Epistola in qua ad interrogata respondi &c: incipit Liber 1mus: Dic mihi Cretobole verumne est quod à te scriptum audio &c: NB: habetur in editione Francofordensi tom. 2. pag. 175. Col. 2. Cod. prior. — —